

35. Iustitiam interrogasset, ille respondit. "En hora in qua ego de corpore migravi, triginta hominum millia ab hac luce transtulerunt; e quibus Bernardus, Clarevallensis Abbas, qui eadem hora obiit, una mecum ad calos excolavit: duo autem ad purgatorium missi sunt: ceteri omnes, per sententiam summi iudicis condemnati, ad infernum perpetuo cruciantur descendentes. Intelligite hoc qui obliviscimini Deum, Psalm. 49.

47. Dices primo. In Scriptura multitudo electorum vocatur innumerabilis; Apocal. 7. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat; et unumlibus gentibus, tribubus, populis, linguis, stantes ante Thronum: Ergo ex Scriptura major saltem pars fidelium salvatur.

Sed negatur Consequentia: Nam ut notat Augustinus locis, supra allegatis, licet predestinari absolute loquendo, & nulla facta comparatione, sint multi, respectu tamen multitudinis reprobatorum, paucissimi sunt. Sicut licet multitudo stellarum sit maxima, & fere innumerabilis, exigua tamen est: si comparatur cum arenis que sunt in litore maris. Unde ibidem annotavit S. Thomas, quod cum dicitur: Ex omni tribu, lingua, populo, natione. Illa dictio est electorum quendam & segregationem paucorum ex malis denotat, & paucitatem electorum designat.

48. Dices secundo, Non est minor Dei providentia circa homines quam circa res alias naturales: Sed ex aliis rebus naturalibus plures consequuntur finem, quam ab illo deficient ut ex se patet: Ergo etiam ex hominibus, plures consequuntur finem vite eterne, quam ab illo deficient, ac proinde plures sunt predestinati quam reprobi.

Respondetur cum D. Thoma art. 7. ad 3. negando Consequentiam, & pariter: Nam bonum, inquit, proportionatum communi statui nature, accidit ut in pluribus, & deficit ab hoc bono ut in paucioribus; Sed bonum quod excedit communem statum nature, invenitur ut in paucioribus & deficit in pluribus. Cum igitur beatitudo eterna, in visione Dei consistat, excedat communem statum nature, & precipue secundum quod est gratia definita, per corruptionem originalis peccati, pauciores sunt qui salvantur.

DISPUTATIO V.

De Reprobatione.

Hortatur Propheta Regius fideles inter medios clericos, sive ut habet alia versio, inter medias fores, recumbere. Quod propterea dictum putat Bernardus ferm. 51. in Cantica, Quoniam est locus inter timorem & securitatem, tanquam inter levam & dexteram, media videlicet spes, in quo mens & conscientia, nulli nimium suspeso caritatis sereno, iuvolissime requiescit. Quatenus felicit spes a timore repressa, & Dei protectione evecta, per interporum, caelestiumque considerationem, in saluati medio consistitur. Hoc enim modo (inquit idem Bernardus Episc. ad fratres de monte Dei) sicut cellarum in celo ascendunt, & in infernum descendunt. Sicut enim afflicti contemplantur revivere amant gaudia caelestia, ut ardentius ea appetant: sic & dolores inferni, ut horrentius, & resugnant, Et hoc est quod pro impiorum salute deprecatur Regius Vates, dicens: Descendant in infernum viventes, videlicet ne hic descendant morientes. Postquam ergo per considerationem mysterii predestinationis, in caelestem patriam, spe future gloria, ascendimus, & calorum excessu penetravimus; oportet, ut metu & consideratione reprobationis aeternae, in profundum inferni descendamus, & miseram reprobatorum sortem contemplerur. Agemus ergo primo in hac disputatione de excellentia & essentia reprobationis. Secundo de eius causa motiva. Tertio de illius effectibus. Et ult. an Deus omnibus reprobis, tam parvulis, quam adultis, media ad salutem sufficientia conferat, discutimus.

ARTICULUS PRIMUS.

An, & quid sit reprobatio?

§. I.

Utraque difficultas resolvitur.

Dico primo: Dari in Deo reprobationem, seu decretum aliquod efficax, & immutabile, quo ab aeterno aliquos homines & Angelos voluit a gloria excludere. Ita definitur in Concilio 3. Valentino can. 3. his verbis: Fidei tenentur predestinationem electorum ad vitam, & predestinationem impiorum ad mortem. Item in Scriptura laepe fit mentio expressa reprobationis, praesertim toto cap. 9. Epistole ad Romanos: aliquando vero sub parabolis & figuris, ut Matth. 13. ubi regnum caelorum simile dicitur ligno missi in mare, & ex eorum genere piscium congregati,

si, quam cum impleta esset educerent & secus litus sedentes, elegerunt boni in vasa, malos autem foras miserunt. Quae verba expendens Chrysologus ferm. 47. sic ait: Similitudo hoc prodit, cur in Apostolum piscatores elegerit Christus, & captores piscium fecerit hominum piscatores, ut divini iudicii typus ante piscatores monstraretur: Piscas congregat caprea confusus, sed in vasa discretio dat electos: sic vocatio Christiana, iustus & iniustus, malos, bonisque congregat, sed bonos, malisque electio divina discernit.

Præterea, in Sacris Paginis id dicitur reprobam, quod cum habeat necessaria ut possit consequi finem, ab illo tamen deficit. Sic Apostolus ad Hebraeos 5. vocat reprobam terram illam, que habens sufficientem humorem ad fructificandum, producit tamen spinas & tribulos, eo quod deficit a fine ad quem facta creata a Deo, scilicet ut daret herbas virentes, & facientem fructum suum, ut dicitur Genesis 1. Item quia cognitio veritatis est finis intellectus, & voluntas ad bonum morale ordinatur: Gentiles a cognitione veritatis fidei deficientes, dicuntur ab eodem Apostolo ad Roman. 1. trahiti in reprobam sententiam. Et ad Titum cap. 1. homines male operantes, vocantur ad omne epus bonum reprobis: Sed multi sunt homines qui habent auxilia necessaria ut possint consequi suum finem, qui est vita aeterna, qui tamen ab illo deficient, ut constat experientia: Ergo multi sunt homines reprobi.

Denique eadem veritas triplici ratione D. Thomae demonstrari potest. Primam sic proponit hic art. 3. Predestinationis est pars providentia: ad providentiam autem pertinet permittere aliquem defectum in rebus qui providentia subducitur: unde cum per divinam providentiam homines in vitam aeternam ordinentur, pertinet etiam ad divinam providentiam, ut permittat aliquos ab isto fine deficere, & hoc dicitur reprobare.

Secunda habetur super cap. 9. Epistole ad Roman. Ioh. 4. ubi S. Doctor sic dicitur: Considerandum est quod finis omnium divinarum operum est manifestatio divina bonitatis: Proverb. 10. Omnia operum serventium operibus est Dominus, impius quoque ad diem malum. Tanta est autem divina bonitatis excellentia, quod non potest sua modo, nec in una creatura sufficienter manifestari, & ideo diversis creaturis condidit in quibus diversimode manifestatur, praecipue autem in creaturis rationalibus, in quibus eius iustitia manifestatur, quantum ad eos quos pro eorum meritis facit, misericordia vero in illis quos ex sua gratia liberat, & ideo ut utramque in hominibus manifestaretur, quosdam misericorditer liberavit, sed non omnes. Quam rationem tangit Apostolus ad Roman. 9. his verbis: Volens Deus ostendere iram (id est iustitiam vindicativam) & nosse facta potentiam suam, sustinuit in multa patientia vas vasa in iram, ut ostenderet divitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae preparavit in gloriam.

Tertiam rationem addit idem Doctor Angelicus in 1. ad Annibal. dist. 40. art. 3. que sic potest proponi. Necessarium est ut offendatur humani arbitrii defectibilitas, & gratia necessitas: Sed hoc non perfecte offenderetur, si non esset reprobatio: Ergo illa datur. Major patet, Minor probatur. Non enim perfecte offenderetur libertas arbitrii creati, si non posset homo finaliter peccare, & in impotentia finali mori. Similiter gratia necessitas non perfecte manifestaretur, nisi offenderetur necessitas doni perseverantiae finalis, que non potest offendi, nisi permitiendo quod aliqui homines peccent, & in peccato moriantur, & consequenter a consecutione vitae eterne deficient.

Denique id exigit pulchritudo universi, quo ex diversitate creaturarum, & bonorum ac malorum admixtione confurgit. Quam rationem Paulus insinuat, dum ad Timoth. 2. scribit: In magna domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea & fictilia, quaedam quidem in honorem, quaedam vero in contemptum.

Dico secundo: Reprobatio in Deo non dicitur solum negationem predestinationis, sed actum positivum, intellectus & voluntatis, quo ab aeterno decrevit aliquos excludere, vel non admittere ad gloriam, ob manifestationem suae iustitiae. Ita communiter docent Theologi.

Probatur breviter: Primo quia in Scriptura sacra, reprobatio nominibus importantibus actum positivum significatur. Ad Roman. 9. Casus vult miseretur, & quem vult indurat. Et supra: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Secundo, Reprobatio est actus providentia: ut docet D. Thomas hic art. 3. Sed providentia actum positivum intellectus & voluntatis includit, ut Tractatu precedenti ostensum est: Ergo & reprobatio.

Tertio, Ex reprobatione sequitur infallibiliter aeterna reprobationis poena: Sed hoc est nisi volens negationis actus non potest sequi: Ergo reprobatio in sola negatione predestinationis non potest consistere.

Quarto, Si reprobatio in sola negatione predestinationis consisteret, sequeretur quod Angeli & homines mere possibiles, & nunquam futuri, possent dici reprobi: Sed hoc est absurdum, Ergo & illud. Sequela probatur: Angeli & homines mere possibiles, non sunt a Deo predestinati,

sed, ut patet: Ergo si reprobatio in sola negatione predestinationis consistat, sequitur Angelos & homines mere possibiles posse dici reprobatos.

Denique, Deo perfectior modus agendi tribuendus est. Sed perfectior modus agendi est per actum positivum, quam per solum suspensionem actus: Ergo reprobatio in actu positivo, & non in sola negatione predestinationis consistit.

Si autem queras, an talis actus sit intellectus, aut voluntatis? Respondeo reprobationem supponere quidem actum voluntatis, essentialiter tamen in actu intellectus consistere, scilicet in imperio efficaciter ordinante media ad finem reprobationis conducentia. Reprobatio enim est pars objectiva providentiae, sicut & praedestinatio: Sed providentia consistit essentialiter in actu imperii, ordinantis media ad consecutionem finis a providere intenti; & solum in obliquo & presuppositivo actum voluntatis importat, ut constat ex dictis Tractatu precedenti dist. 9. art. 2. Ergo & reprobatio. Itaque sicut praedestinatio, que est providentia specialis circa electos, supponit dilectionem & electionem eorum, & consistit formaliter in actu imperii, quo Deus imperat gratiam & alia media ad consecutionem gloriae efficaciter conducentia, ut in prima disputatione ostendimus; sic reprobatio que ad providentiam oppositam spectat, supponit ex parte voluntatis divinae actus oppositos dilectioni & electioni, scilicet abominationem, seu odium reprobatorum, & eorum ejectionem, seu exclusionem a gloria, & consistit formaliter in actu imperii, quo Deus imperat permissionem peccati, & denegationem gratiae, aliaque media ad finem reprobationis, manifestationem felicitatis divinae iustitiae, efficaciter conducentia, de quibus infra art. 4. differemus.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Obijcies primo contra primam conclusionem: Durum videretur & asperum asserere, quod Deus aliquos homines creaverit, quos decrevit non reddere participes vite eterne, ipsique a regno calorum excludere: Sed nulla crudelitas species Deo tribuenda est, iuxta illud Sapientiae I. Sentire de Domino in bonitate, & illud Tertullianus lib. de penitentia cap. 8. Tam pater noster, immo pater nobis: Ergo in Deo reprobatio admitti non debet, seu decretum absolutum & efficax, quo aliquos homines, vel Angelos, a gloria velle excludere.

Respondetur eadem objectionem Galileo D. Prospero olim propositam, nam inter objectiones Gallorum, haec habetur cap. 13. Quod quidam homines non a Deo creati sunt, ut vitam adipiscerentur aeternam, sed ut habitum tantum sicuti praesentis ornarent, & ad utilitatem nascerentur aliorum. Cui objectioni sic D. Prosperus ibidem respondet. Universi homines non ignoramus creati a Deo sigillatim, & de hac universitate, alios damnandos cum Diabolo, alios regnaturus esse cum Christo: Quod ergo etiam hi creatur qui aeterna vita participare non erunt, nulla est culpa Creatoris, qui natura auctor est, non vero vitii quod natura contraxit. Ornati autem etiam talium conditione mundi huius varietatem, quis non intelligat, qui videat studium & operibus quorundam impiorum, ut commoda vite praesentis instruat, in inventionem artium, in constructionem urbium, in institutionem legum, & confederationem populorum? Quibus verbis reprobationem negativam, seu decretum excludendi aliquos a gloria, ad peccatum originale refert. De quo infra articulo 1.

Obijcies secundo contra primam conclusionem. Ad perfectissimam providentiam pertinet efficere quod res quae illi subijciuntur, suum finem infallibiliter consequantur: Sed providentia in Deo in summo gradu perfectionis existit: Ergo ad illam pertinet efficere, ut homines qui illi subijciuntur, suum finem consequantur, & non permittere quod aliqui ab illo deficient, & consequenter non datur reprobatio.

Confirmatur: Nullus sapiens hoc quod facit propter finem aliquem, a fine obtinendo excludit, quantum est ex parte sua: Sed Deus omnes homines fecit propter beatitudinem: Ergo neminem debet ab ea excludere, & consequenter neminem reprobare.

Ad objectionem respondeo negando Majorem: de ratione enim perfectissimae providentiae est, ut habeat vim perducendi ad finem omnia que illi subijcent, & quod de illis secundum suam naturam provideat, ita ut si sint naturae defectibiles, provideat de illis defectibilibus: efficiendo scilicet ut aliqua finem illum consequantur, & permittendo ut alia ab eo deficient, ut ex una parte manifestetur defectibilitas naturae sic ordinatae: & ex alia ostendatur efficacia divinae auxilii.

Ad duo cum D. Thoma, quae praecedunt art. 2. quod quavis ad particularem proviforem pertinet excludere malum & defectum ab eis quorum curam, factus tamen ad proviforem universalem, equi enim hic respiciat

bonum commune quod potest impediri, diminui, & retardari per bona particularium, fit inde ut permittere debeat malum aliquod & defectum in particularibus, propter bonum totum. Cum igitur Deus fit universalius totus ens provifor, ad ipsam pertinet permittere, ut sint aliqui defectus in particularibus, ne impediatur bonum totum universi: si enim omnia mala impediendur, multa bona desissent universo. Nam si non esset corruptio, non esset generatio: si non esset occisio animalium, non esset vita leonis: nec esset patientia martyrum, si non esset perfectio tyrannorum: denique si non esset peccati permisso, non esset divina iustitia, defectibilitatis liberi arbitrii, & necessitatis gratiae manifestatio, ut antea exposuimus. Unde bellissime Gregorius Magnus lib. 30. Moral. cap. 13. Sicut niger color in pictura subternitur, ut superjectus albus vel rubrus pulchrior ostendatur: ita malis bene ordinantur Deus, feliciora exhibebit gaudia beatorum, ostentat ante eorum oculos supplicia reprobatorum.

Ad confirmationem dicendum cum eodem S. Doctore 17 in 1. ad Annibal. dist. 40. quae unica art. 3. ad 3. quod natura humana habet quidem ordinem ad beatitudinem, non tamen necessarium, cum posse deficere: Et ideo, ut illius conditio manifestetur, Deus permittit quod aliqui ab illo bene deficient. In forma igitur distinguo Majorem: Si illud necessarium & indefectibiliter ad talem finem ordinatur, transeat. Si ad illum ordinatur contingenter ac defectibiliter, nego. Tunc enim potest permittere ut in aliquibus individuis deficiat a consecutione finis, propter aliquem alium finem: nam sic illi providet conformiter ad suam naturam.

Obijcies secundo contra secundam conclusionem. Ad reprobandum non requiritur actus positivus, sed sufficit sola praedestinationis negatio: Ergo reprobatio non dicitur actum positivum, sed negativum in Deo. Consequentia patet. Antecedens probatur. Eo ipso quod quis non eligatur, vel non praedelinetur, manet necessario reprobis: unde in Scriptura reprobatio interdum nominibus negativis exprimitur, ut patet ex illo Matth. 23. Nescio vos. Et Lucae 13. Nescio unde sitis: discite a me omnes operari iniquitatis.

Respondetur negando Antecedens, ad ejus probationem dicendum, quod licet modo de facto, supposita hominum vel Angelorum creatione, ex negatione praedestinationis alicujus, sequatur necessario illum esse reprobum; hoc tamen non inleritur ex vi negationis praedestinationis absolute: Nam, ut supra dicebamus, homines & Angeli mere possibiles, non sunt praedelinati, & tamen non propterea dicuntur reprobi, sed quia negatio praedestinationis habet adjunctum actum positivum, quo Deus ab aeterno decrevit aliquibus non dare gloriam.

Nec oblat quod in Scriptura sacra interdum reprobatio nominibus negativis exprimitur: Scriptura enim interdum solet ponere nomina negativa pro positivis, Levit. 10. Offerentes coram Domino ignem alienum, quod est praecipuum non erat: id est quod eis erat prohibitum: Psalm. 42. de gente non sancta: id est peccatrice. Similiter quando D. Thomas hic art. 3. ad 1. ait: In quantum igitur Deus quibusdam non vult hoc bonum quod est vita aeterna, dicitur eos habere odio, vel reprobare. Ly non vult, non est accipiendum negative, pro negatione volitionis, sed positive, pro actu nolitionis.

Ex dictis inferes, reprobationem sic recte a Cajetano definitur hic art. 3. Reprobatio est praesentia, seu praesentia de hic qui ab aeterna vita excluditur, cum voluntate permittenti culpam, & inferendi damnationis poenam. Quam definitionem elicitur ex verbis S. Thomae in eodem articulo dicentis, quod Reprobatio non nominat praesentiam tantum, sed etiam voluntatem permittentem aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis poenam.

ARTICULUS II.

An reprobatio praesentem demeritorum antecedat, vel illam supponat, seu ab ea ut a causa motiva dependeat?

§. I.

Quibusdam praemissi: referuntur sententiae, & prima conclusio statuitur.

Notandum primo ex D. Thoma in 1. ad Annibal. dist. 41. quae unica art. 3. in reprobatione duas includi voluntates seu volitiones. Una est voluntas denegandi gloriam ut rem indebitam, & ad quam nullum jus habent homines, etiam ad illam ordinari per voluntatem Dei antecedentem, & providentiam generalem ordinis supernaturalis; maxime quia illud amiserunt per peccatum primi parentis. Altera vero est voluntas puniendi, & infligendi poenam aeternam damni & sensus, propter peccata commissa. Prima vocatur a D. Thoma citato, voluntas de contradictorio, secundum quam vult aliquem non salvare. Altera, 20

ta, voluntas de contrarie, secundum quoniam vult aliquem damnare. Aliter eam appellare solent Recentiores Theologi: primam enim vocant, reprobationem negativam, non quod illa in sola negatione predestinationis consistat, ut existimant aliqui, quos supra impugnavimus: sed quia ad contentum gloria, ut est pura negatio beneficii indebiti, terminatur. Alteram, reprobationem positivam appellant, quia positive respicit penam damni & sensus, quam reprobis ob peccata commissa promeretur.

23 Notandum secundo: Reprobationem negativam in hoc a positiva differre, quod hac habet non solum terminum a quo, nempe exclusionem a gloria, sed etiam terminum ad quem, scilicet penam sive damni, sive sensus. Illa vero solum habet terminum a quo, nempe exclusionem a gloria, ut beneficio indebito, non vero terminum ad quem, quia ex vi exclusionis ut sic precise, & ut habet rationem pure negationis, non intelligitur reprobis esse damnandus, aut ulli poena, sive damni, sive sensus deputandus.

24 Notandum tertio: Hic solum nos agere de presentia demeritorum personalium, seu peccatorum actualium, quae a reprobis committuntur: utrum vero praevio peccati originalis, sit causa motiva reprobationis, articulo sequenti discutietur.

Hic praesuppositis, misso errore Calvinii, aliorumque Haereticorum huius temporis, asserentium Deum ante omnem provisionem operum decrevisse aliquos non solum excludere a gloria, sed etiam aeterna poena punire, ac in eum finem illos impellere ad peccandum, & ad omnia flagitiorum genera perpetranda: qui error damnatur a Tridentino sess. 6. can. 12. ubi dicitur nullum a Deo predestinari ad malum, sed ad bonum.

25 Prima sententia inter Catholicos asserit, utramque reprobationem, tam positivam, quam negativam, supponere praesentiam peccatorum, & ab ea tamquam a causa motiva & meritoria dependere. Ita docent omnes auctores negantes efficacem electionem predestinatorum ad gloriam ante praevia merita, quos disp. 2. retulimus: precipue Catharinus, qui in oppositam sententiam desubatur, illam duram, impiam & crudellem appellans, secutus in hoc Augustinum Regiensem, Semipelagianorum coryphaeam, qui in libris de gratia & libero arbitrio, acriter etiam in eam invehitur, & gentilium superstitionis impietatem, appellat. Hanc etiam docuit Magister Soto ad cap. 9. Epist. ad Romanos, quamvis postea in fine libri quarti sententiarum, loquens de opposita sententia, dicat: Nescio si Calvinianam iterum ipsi non admoverem, an mentem mutarem ut in hoc sententiam invenit.

26 Secunda ergo opinio distinguit inter reprobationem positivam & negativam, & inter voluntatem excludendi a gloria ut beneficio indebito, & infligendi poenam damni & sensus, & primam docet supponere praesentiam demeritorum, & in illa fundari, non tamen secundam, sed hanc ex puro divinae voluntatis beneficio ortum ducere. Ita communiter docent Thomistae, quos referunt & sequuntur Salmanticensis tract. 6. disp. 8. dub. 1. & Joannes a S. Thoma disp. 10. art. 1. cum quibus

Dico, ante provisionem omnis demeriti personalis, voluit Deus aliquibus denegare gloriam, seu illos a gloria, ut indebito beneficio, excludere.

27 Probari potest in primis haec conclusio ex illis verbis Pauli ad Roman. 9. Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni vel mali fecissent, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Sed quia hoc celebre Apostoli testimonium disp. 2. fuisse expendimus, omnesque Adversariorum evasiones ibidem confutavimus: hic solum cum D. Thoma ibidem lect. 2. annotandum est, Apostolum in his duobus filiis, ex iisdem parentibus, ex eodem concubitu, & eodem tempore natis, aptissimum apposuisse exemplum: Primo ad excludendum Iudaeorum errorem, confidentium de meritis patrum. Secundo ad rejiciendum errorem Astrologorum, qui diversitatem eorum quae hominibus accidunt, nativitati attribuant, & diversitati confessionum sub qua nati sunt. Tertio ad retundendum errorem Pelagianorum, dicentium secundum merita praecedentia gratiam dari. Quarto ad explodendum errorem Origenis, qui posuit quod anime hominum, simul cum Angelis creatae sunt, & quod pro meritis eorum quae ibi egerant, diversitatem vitae fortuantur: secundum quem non potest verificari illud Apostoli, Cum nondum aliquid boni vel mali egissent.

28 Addit S. Doctor in fine huius lectionis: Sicut autem dicitur de qua hic loquitur, pertinet ad aeternam Dei predestinationem, ita etiam de quo hic loquitur, pertinet ad reprobationem, qua Deus reprobat peccatores, nec est dicendum quod ista reprobatio sit temporalis. Per quod excluditur responsio quorundam Recentiorum, asserentium hac verba Prophetiae: Jacob dilexi, Esau odio habui, non intelligi de dilectione pertinente ad aeternam predestinationem, nec de odio ad reprobationem aeternam spectante; quia probabilius putant, Esau non fuisse reprobatum a regno caelorum, sed solum a temporali hereditate repulsum,

juxta illud Malach. 1. Posti montes eius in salitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti.

Sed hi Auctores ad temporalia solum respiciunt, & cor-ticem littera solum attendunt, nec advertunt Apostolum hac verba Prophetiae, ad mysticum & spirituale sensum elevasse, eaque assumptis ad probandum Deum abique ullius injuria, quosdam secundum propositum elevasse ad gloriam, & aliis tantum beneficium voluisse negare, ante praevia illorum merita vel demerita: quem sensum fuisse profertur August. Epist. 105. & quest. 2. ad Simplician. ac alibi saepe. Unde an Esau fuerit reprobatus a vita aeterna, vel solum a temporali hereditate repulsum, nihil refert ad propositum, cum in hoc non consistat vis Apostolici discursus, sed Apostolus hic Jacob & Esau, in tyram & figuram omnium electorum & reproborum assumat.

Addo quod idem Apostolus ad Hebraeos 12. Esau inter peccatores & impenitentes numerat: quod non leve argumentum est, ipsum non solum a temporali hereditate, sed etiam a caelesti regno fuisse exclusum ac reprobatum. Ne quis, inquit, fornicator, aut fornicator, ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitivas suas: scitote enim quantum & postea capiens hereditatem benedictionem, reprobatus est: non enim invenit poenitentiam locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam. Scio aliquos hoc interpretari cum Theophylato & Cajetano, de poenitentia apud Isaac patrem suam, & de reprobatione ab eius benedictione, sed D. Chryostomus homil. 31. ad Heb. & D. Thomas super cap. 12. ejusdem Epistolae, alique SS. Patres communiter, Esau non veram poenitentiam erga Deum habuisse existimant.

Probatu secundo conclusio celebri testimonio D. Thomae, 31 desumpto ex loco supra citato ad Annibaldum, ubi haec scribit: Voluntati divinae de salute hominis, duplex voluntas opponi videtur: scilicet voluntas de contraditorio, secundum quam vult aliquem non salvari, & voluntas de contrario, secundum quam vult aliquem damnare. Prima quidem voluntas non requirit aliquam rationem ex parte voliti, cum salus gloria non sit debita natura humanae; non enim requiritur ratio, quare non debet alicui dari non debet. Sed voluntas damnationis respicit rationem voliti ex parte damnati, cum damnatio ex debito inferatur. Quibus verbis nostram conclusionem, & docuit, & probavit. Deus enim est supremus gloriae dominus, nullique homini gloria debetur: Ergo abique ullius injuria, vel crudelitatis nota, potest efficaciter decernere, illam quibusdam conferre, & aliis negare, abique eo quod ex parte hominum, meritorum vel demeritorum propriae voluntatis supponatur. Patet Consequenter: Tum quia in hoc ratio supremi domini consistit, posse scilicet fecere de re sua quidquid voluerit, abique alterius injuria. Tum etiam, quia in dando uni, & negando alteri, quod nulli ordo debetur, nulli irrogatur injuria aut iniuria. Unde inquit S. Thomas hic art. 5. ad 3. in his quae ex gratia dantur, potest aliquis pro libito suo dare cui vult plus vel minus (dammodo nulli subtrahatur debitum) & alijsque praesidio justitiae. Et hoc est quod dicit pater familias Matth. 20. cap. Tolle quod tuum est, & vende, an non licet mihi quod volo facere? Denique, quia prima gratia nulli hominum est debita, potest Deus decernere, eam aliis dare, & aliis negare, abique injuria & crudelitatis nota: Ergo idem etiam potest dici de gloria.

Respondet Adversarii, quod licet Deus, ut supremus 32 gloriae Dominus, absolute potuisset ita se gerere, non tamen ex provisione elevationis naturae humanae ad ordinem supernaturalem; & voluntatis antecedentis qua vult omnes homines salvos fieri. Tum quia ex vi istius elevationis, & voluntatis, manent homines ordinati ad gloriam, eaque fit illis quodam modo debita: velle autem negare alicui debitum, abique praesupposita culpa, injuriosum est. Tum etiam, quia istae duae voluntates, desiderare omnibus gloriam, & ante praeviam culpam velle efficaciter aliquibus eam negare, videntur repugnantes, & impossibiles.

Sed contra hanc doctrinam & responsum, plures fieri 33 possunt instantiae. In primis enim fallum est, quod supposita tali elevatione, & voluntate antecedenti, gloria fit hominibus debita. Tum quia ex vi illius voluntatis non debentur homini auxilia efficaciter; alias nulli possent, ea voluntate supposita, abique culpa denegari: Ergo ex vi illius, actualis gloria consecutio debita non est; non enim stat finem deberi, abique debito meritorum efficaciter ad illum conducendum. Tum etiam, quia si gloria esset debita ex vi huius voluntatis, predestinatio non esset specialis providentia intra ordinem gratiae, nec donum perseverantiae finalis esset beneficium speciale, quod repugnat Tridentino sess. 6. c. 13. & D. Thomae I. 2. q. 114. art. 9.

Secundo, Dato quod ex vi illius elevationis, & voluntatis antecedentis, debita esset gloria aliquibus hominibus vage in communi, non esset tamen debita istis aut illis in particulari: Ergo dato quod illa elevatione & voluntate supposita, Deus non potuisset in sensu composito velle efficaciter omnes homines a gloria excludere, potuit tamen ante omne demeritum velle efficaciter his auxiliis in particulari,

ulari, gloriam ut beneficium indebitum denegare, etiam ante praevia demerita.

35 Tertio, supposita hac elevatione, & voluntate potest Deus, in sententia Adversariorum, aliquibus gratiam congruam negare, nullis eorum praevius demeritis: Ergo pariter poterit aliquos ante praevia demerita a gloria excludere. Patet Consequenter: Deus enim non minus est gloriae quam gratiae dominus, nec gloria ex vi huius voluntatis hominibus magis est debita, quam gratia congrua: Ergo si istam potuit velle efficaciter quibusdam negare, nullis praevius demeritis, illam similiter ante praevia demerita, abique iniuria denegare potuit, non obstante naturae humanae elevatione.

36 Denique id quod addunt Adversarii in eadem responsione: nempe has duas voluntates, velle scilicet voluntate antecedente saltem omnium hominum, & velle ante provisionem demeritorum aliquos a gloria excludere, esse repugnantes & incommpossibiles, fallum est: Tum quia licet haec duae voluntates circa eadem obiectum versentur, illud tamen (ut infra ostendemus) sub diversis motivis & rationibus attingant: Tum etiam, quia in omnium sententia, Deus, quantum est de se, voluntate antecedenti sibi complacet in gratia efficaciter, vel congrua, omnibus danda, & tamen ante omnem culpam praeviam, vult illam quibusdam denegare: Ergo etiam respectu gloriae, ante omnem culpam praeviam, poterit duplicem illam voluntatem habere.

37 Quarto & principaliter arguitur. Finis prius est intentus quod ad electionem mediorum: Ex quo principio supra disp. 2. art. 1. §. 7. intulimus, prius Deum eligere predestinatos ad gloriam, quam predestinare media efficaciter ad illam. Sed si a Deo intentus in reprobatione, est excludere reprobos a regno caelorum, ad ostensionem suae justitiae in illis, & suae misericordiae in praedestinatione. Ergo prius nostro modo concipiendi, est voluntas in Deo excludendi aliquos a regno caelorum, quam permittere & providere peccata, & consequenter reprobatio negativa, non fit ex praesentia peccatorum, sed ex simpliciter Dei voluntate procedit.

38 Confirmatur & magis illustratur haec ratio. Sicut contrarius modus agens intellectualis, in preparando media consecutiva finis, est incipere ab ipsa intentione finis, & ex illa procedere ad electionem mediorum ad illum conducendum. Ita & in preparando media defectiva a fine, conaturalis modus operandi est incipere a voluntate defectus a fine, & ex illa progredi ad volitionem & electionem mediorum conducendum ad desiciendum a fine. Unde sicut Deus preparans electis gratiam, cum effectu conducendum ad gloriam, debet prius intendere efficaciter gloriam: Ita & preparans reprobis permissionem peccati, & gratiae efficaciter denegationem, coniungendam cum ultimo effectu reprobationis, scilicet cum exclusione a gloria, debet prius intendere exclusionem a gloria quam peccati nunquam remittendi, supponit efficacem voluntatem exclusionis a gloria.

39 Confirmatur amplius: Omnis effectus supponit suam causam: Sed permissio peccati est effectus reprobationis, ut docet D. Thomas hic art. 3. his verbis: Sicut praedestinatio includit voluntatem conferendi gratiam & gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permitteendi cadere in culpam: Ergo illam supponit.

40 Denique eandem veritatem demonstrant omnia argumenta quibus disp. 2. ostendimus, electionem predestinatorum ad gloriam, praesentiam meritorum antevertere: Quam sententiam ita certam existimat Bellarminus, ut dicat lib. 2. de gratia & lib. arb. cap. 11. Illam non quorumvis doctorum opinionem, sed eisdem Ecclesiae Catholicae aeternae debere. Unde sic possumus arguere. Electio hominum ad gloriam, facta est ante provisionem operum, ex solo beneplacito divinae voluntatis: Ergo & reprobatio negativa, seu exclusio aliquorum a gloria, ut beneficio indebito. Consequenter patet: Tum quia eodem modo loquitur Apostolus, loco citato, de reprobatione, ac de predestinatione, quantum ad independenteriam a praesentia operum. Tum etiam, quia hoc ipso quod intelligimus, Deum aliquos ad gloriam eligere, ceteri qui non eliguntur ab illa manent exclusi, & consequenter reprobat, saltem reprobatione negativa.

§. II.

Statuitur secunda conclusio.

41 Deo secundo: Reprobatio, ut dicit voluntatem puniendi & infligendi poenam, non est ante praevia peccata, sed ab illorum praesentia, ut a causa motiva dependent. Ita D. Thomae loco superius allegato ex 1. sent. ad Annibaldum, ubi ait: Voluntas damnationis respicit rationem voliti ex parte damnati, cum damnatio ex debito inferatur.

Colligitur etiam haec veritas ex Concilio Valentino 3. cap. 3. ubi sic dicitur: Fidenter fateamur praedestinationem electorum ad vitam, & praedestinationem impiorum ad mortem: Theol. Concord., Tom. II.

in electione tamen salvandorum, misericordiam Dei procedere meritorum bonorum, in damnatione autem peritorum, meritorum malorum procedere justum Dei iudicium. Quibus verbis Concilium inter praedestinationem & reprobationem positivam, quam damnationem appellat, hoc discrimen constituit, quod prima, quia est ex Dei misericordia, & gratuita dilectione, antecedit praesentiam meritorum; secunda vero, quia est actus iustitiae punitivae, supponit merita mala seu peccata praevia. Eandem differentiam tradit S. Thomas ad Rom. 9. lect. 2. versus finem, his verbis: Differt quantum ad hoc (scilicet reprobatio a praedestinatione) quod praedestinatio importat preparationem meritorum, quibus pervenitur ad gloriam, & ideo praesentia meritorum non potest esse aliqua ratio praedestinationis, quia merita praevia cadunt sub praedestinatione. Sed praesentia peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte poenae, quae preparatur reprobatis, in quantum scilicet Deus proponit se puniendum malis, propter peccata quae a se ipsis habent, non a Deo.

Dices Concilium Valentinum, & D. Thomam, ibi non 42 loqui de voluntate intentiva poenae, sed tantum de voluntate executiva illius, quae demerita praevia supponit.

Sed contra: Juxta hanc explicationem non potest subsistere discrimen illud quod Concilium & S. Thomas statuunt inter praedestinationem & reprobationem; gloria enim exequenda, & voluntatis executivae illius, datur aliqua ratio ex parte nostra, scilicet merita, ut in 2. disp. ostendimus: Ergo ut inter reprobationem & praedestinationem, praedictum discrimen subsistat, haec testimonia intelligenda sunt de deputatione ad poenam, secundum voluntatem intentivam, non solum de ipsa executione, aut voluntate executiva illius.

Probatu etiam conclusio ratione. Sicut punire aliquem 43 sine culpa, injustum est: ita & velle eum punire, illumque ad poenam deputare ante provisionem culpe: Ergo cum Deus sit summe iustus, non potest velle punire aliquem, eumque ad poenam destinare: nisi post provisionem culpae.

Dices, Corona ut corona, non minus dependet in executione a meritis, quam poena ut poena a demeritis: At non obstante illa dependentia, corona potest prius intendi, quam merita praevideantur, ut constat ex distis disput. 2. Ergo etiam non obstant dependentia poenae in executione a demeritis, quin ante illorum provisionem a Deo eligi vel intendi possit.

Respondeo negando paritatem. Ratio disparitatis est primo: quia quod electio ad gloriam, etiam ut coronam, fiat ante praevia merita, nulli ex hoc inferitur injuria, bene autem si decretum infligendi poenam antecederet praesentiam peccati, Secundo, quia corona in ordine intentionis non dependet a meritis, sed causat illa, eo quod, cum sit bonum, per se, & non occasione poenae, possit intendi independentem ab alicuius provisione. Poena autem, quia bonum occasione poenae est, nec exequi, nec intendi potest, nisi occasione culpae praeviae.

Ex quo sumi potest secunda ratio pro nostra conclusione. 45 Nam poena, ut poena, est bonum quoddam occasione poenae: Sed bonum occasione poenae, non ametur nisi occasione mali, illius provisionem necessario supponit: Ergo voluntas puniendi & infligendi poenam, supponit in Deo provisionem culpae, & ab illa dependet. Unde Damascenus lib. 2. de fide cap. 20. docet quod Deus ex se ipso movetur ad miserandum: ad puniendum vero, non nisi ex nostra praesupposita culpa. Et Tertullianus lib. 2. contra Marcionem sic ait: Deus ex se ipso bonus est, ex nobis iustus (intellige iustitia vindicativa) Prior est bonitas Dei, secundum naturam, posterior severitas secundum causam, illa propria, haec accommodata: illa edita, haec adhibita.

Denique, velle punire aliquem: est illum odio habere, 46 non solum negative, sed etiam positive: At odium Dei positivum, necessario supponit culpam juxta illud Sap. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas ejus: Ergo voluntas puniendi, & infligendi poenam sensus, culpae provisionem supponit. Et idem dicendum est de voluntate infligendi poenam damni, seu carentiam visionis beatae, prout habet rationem privationis & poenae: haec enim sub hac ratione, non minus culpae, saltem originalis, provisionem supponit, quam voluntas infligendi poenam sensus. Unde Deus vult reprobis denegare gloriam duplici titulo: indebiti scilicet beneficii, ante provisionem culpae, & poenae debita, post peccatorum provisionem. Nam sicut quod aliud non debeatur alicui, non tollit quomodo possit illud demereri: ita & quod denegetur per modum indebiti beneficii, non tollit quin simul alio titulo, nempe ob demerita, & per modum poenae, denegari possit.

§. III.

Calvinianus huius sententiae insipienter obijcit.

47 Valentinus Herice tract. 3. disp. 33. in sententiam Thomae iam explicatam acriter invehitur, eamque Calviniani erroris fuliginem omnibus modis tingere ac denigrare.

grave conatur: Nam ibidem cap. 3. dicit, illam defendere nulli Catholicorum debere permitti. Et infra, relatis quatuor conclusionibus, quibus P. Becanus errorem Calvinitarum, de predestinatione & reprobatione exponit (& quod idem Herice, Thomistarum sententiam continere dicit) sic tandem concludit, Ex hoc Lector deprehendet, quam sit fugienda doctrina Thomistarum (scilicet Alvarez, Hannez, & Zunel, quos cap. 1. citaverat) propter nimiam consonantiam cum Calvinii erroribus. Sic egregius nos- ter Encomiastes, cui concinit Alarcon tract. 4. de pre- dest. disp. 5. cap. 1. n. 1. & 7. & plures alii ejusdem fa- milia: quibus in primis oppono, mirum esse quod pro hac sententia solos Thomistas referant, illamque non viderint apud Jacobum Granada tract. 6. disp. 2. ubi docet (teste Ariaza ejusdem Societatis Tract. de providentia & pre- dest. disp. 39. sect. 2. subsect. 2.) reprobationem non so- lum negativam, & sumptam pro voluntate excludendi reprobos a gloria, sed etiam positivam, & prout importat voluntatem eis indigni penam eternam damni & sensus demerita eis indigni avertentem. Quare si opinio Alvarez, solum reprobationem negativam in beneplacitum divine voluntatis referentis, aliquam meretur censuram; & fortiori sententia Granada Calviniani erroris notam vi- tate non poterit.

48 Secundo dico, hoc telum in ipsum Adversarium facile posse retroqui. Nam etiam Faustus Semipelagianorum Antesignanus, in libro de gratia & libero arbitrio, ab Homilda, & universali Ecclesia damnatus ut hereticus & Pelagianam doctrinam contentiosus (ut fatetur ipsemet Herice tract. 3. disp. 26. cap. 3.) expresse docet predestina- tionem & reprobationem a praevidentia meritorum & demeritorum, ut a causa motiva procedere; & Augustini sententiam oppositam, gentilitate suppositionis impietatem, appellat. Ex quo prudens Lector facile deprehendet, quam sit fugienda doctrina Herice, propter nimiam ejus consonantiam cum Fausti, & aliorum Semipelagianorum erro- ribus, ut ipsius verbis utar.

49 Quod si respondeat, Faustum in hoc non esse hereticum, nec ullam promereri censuram: similiter etiam nos dicimus, Calvinium non errasse, nec esse reprehensione dignum, ex eo quod docerit reprobationem negativam, seu voluntatem excludendi reprobos a gloria, ex mera Dei bene- placito procedere, & avertentem praevidentiam demeri- torum, sed in aliis que huic doctrinae Catholice immil- luit, vel ex illa per malam consequentiam deduxit.

Calvinus ergo duo aliauit. Primum est, predestinationem & reprobationem merito & demerita antecedere, et seorsum secundum beneplacitum Dei predestinantis ac reprobantis. Secundum quod ex hoc intulit, est tolli no- stram libertatem, & consequenter in executione salvari homines, & reprobari seu damnari, absque ullis meritis vel demeritis. Primum docuit locis que resert Becanus in summis Theologiae c. 16. & in hoc nondamatur Calvinus, nec ullam promereri censuram, sed sub lite ac dis- putatione Theologorum versatur. Immo Bellarminus su- pra retarus asserit, quod sententia que ponit predestina- tionem ante praevidentiam meritorum: Non quorumvis doctri- nae opinio, sed vires Ecclesiae Catholicae dicit debet. Se- cundum asserit lib. 3. inlit. cap. 23. ubi haec scribit: Non dubitabo igitur cum Augustino simpliciter fateri, volun- tatem Dei esse verum necessitatem, atque id necessario futu- rum quod ipse voluerit. Id ipsum docuerat lib. 1. cap. 18. & lib. 2. cap. 35. Ex quo ulterius super cap. 1. Epist. ad Romanos intulit Deum esse causam peccati, non solum permittentem, sed etiam efficientem. Certum est (inquit) non solum tantum & committendo, Deum permittere homines peccati, sed iudicio id ordinaro, ut cum a propria conscien- tia, cum a diabolo in hisjunctis & alia agantur, ideo voce utitur Paulus, quam nemo violenter conqueat, qui sola Dei permissio in peccatum agi non potest. Idem docet lib. 2. inlit. cap. 18. & lib. 3. cap. 2. aliique in locis, qua in Apologia Thomistarum retulimus.

Igitur in his tribus Calvinus erravit, & ab Ecclesia damnatur ut hereticus. Primo quod docerit predestina- tos & reprobos absque libertate salvari & damnari. Se- cundo, quod dixerit Deum esse auctorem peccati, & ne- cessitate miseris mortales ad omnia flagitiorum genera perpetranda. Tertia eo quod assererit, salvati & dam- nari homines in executione, absque ullis meritis & demeritis. Nam licet hoc ultimum expresse non dixerit, colligitur tamen per evidentem consequentiam ex aliis que asseruit. Cum enim absque libertate meritorum, vel demeritorum esse non possit, negans expresse libertatem, solumque in voluntate mota a Deo spontaneitatem admittens, ex consequenti negavit meritorum & demeritorum, ac proinde cogitur dicere homines in executione salvari & damnari absque meritis, & predestinationem, nec anteceden- tem merita supponere ut motiva divinae intentionis, nec illa consequenter inferre ut media executionis: quod cum nos constanter negamus, toto caelo a Calvinii errore distamus, ut ingenue fateatur Ariaza, loco supra citato, ubi loquens de sententia Granada & Thomistarum, &

acrem illam Herice censuram, merito reprehendens, sub- dit: Ego ab his censuris abstineo, opinor in alio longe divi- so sensu ab Hericis fuisse traditam, quatenus illi dicitur Deum cogere & impellere ad peccatum. Ex quibus facile intelliges, Herice nec doctrinam Thomistarum, nec Cal- vini errorem intellexisse, sed temere se incondite scripsisse, fugiendam doctrinam Thomistarum, propter ni- miam consonantiam cum Calvinii erroribus.

Certe majori attentione opus est, nec ita leviter prae- cipitandum iudicium, cum de Catholicorum sententia agi- tur, ut haereticorum errore notentur, cum tam longe ab- sint ab haereticorum sensu. Quomodo id Christianae carita- ti, modelitque conveniat, fateor me ignorare, nec video qua fronte disputationes, que inter Catholicos & Reli- giosos viros, sine contentione, ut Apollolus monet, sine amaritudine & felle, solius indagande veritatis causa tra- ctanda sunt, ad tam amara verba, immo gravissimam con- tumeliam redeantur. Sed hujus Auctoris confutatio est, dum rationum pondere desititur, verborum autem in Thomistarum scholam ingere, & contumeliarum spicula in eos vibrare, cum sagittis argumentorum ejus pharetra evacuata est, atque Sepiarum more, atramentum ante se vomere, ut piscatoris effugiat manum.

§. IV.

Solvuntur Objectiones.

Obiicies primo: D. Prosper in resp. ad 2. objectionem 51 Gallorum ait: Quia Dei praevidentiam non laetit nec sefellit, sine dubio talem nunquam elegit. Et in respon- sionibus ad objectiones Vincent. resp. Ia. Quia, inquit, praescit sunt laetit, non sunt praedestinati. Idem habet Fulgent. lib. 1. ad Moimum cap. 24. his verbis: Praedestinavit il- los ad supplicium; quos a se praeservit, voluntatis mala vi- tio discessuros.

Respondeo in primo & secundo testimonio, particulam quia, non sumi in sensu causali, sed illativo, ex praescientia enim peccati nunquam remittendis, ad reprobationem negativam, bona est illatio & consequentia, quamvis talis praescientia non sit illius causa. Eodem modo explicat D. Thom. q. 2. de verit. art. 14. verba Origenis dicentis: Quia futurum est aliquod, ideo scitur a Deo anaequam fiat, & dicit, hoc esse intelligendum secundum causam consequentiam, non secundum causam essendi: id est sensu tantum illativo, non causali. Quod si aliquid velit hanc particulam, Quia, in sensu causali usurpari, secundo poterit respondere, S. Prosperum in his locis loqui de praescientia peccati originalis, quam fuisse causam reproba- tionis negativae, ostendimus articulo sequenti. Quantum vero ad locum Fulgentii, nulla in eo est difficultas: ex ipso enim textu manifestum est illum loqui de reprobatione, ut dicit voluntatem puniendi & indigni penam, sub qua ratione demeritorum praescientiam supponit, ut in secunda conclusione ostendimus.

Obiicies secundo ex Trid. sess. 6. c. 11. & Augustino de natura & gratia cap. 26. Deus sua gratia semel justificatos non deserit, nisi prius ab eis deserant. At si illet in Deo efficax voluntas excludendi reprobos a gloria, ante illo- rum praevia demerita, prius Deus desereret hominem, quam desereretur ab illo: Ergo &c.

Hoc argumentum petit explanationem illius dicit, Deus neminem deserit, nisi prius deseratur. Multi diversi di- cunt, vera tamen intelligentia est de desertione per sub- tractionem gratiae habitualis, per quam justificamur, quam semel datam Deus nulli subtrahit, vel negat, nisi in poenam praecedentis peccati. Possunt etiam, ut in- fra dicemus, haec verba Concilii interpretari de gratia au- xiliante sufficienti, quam Deus in executione non negat, nisi ob culpam praecedentem. Aliqui etiam hoc di- ctum extendunt ad denegationem gratiae efficacis: quia licet culpa & denegatio gratiae efficacis sint eodem instan- ti temporis, culpa tamen praecedit gratiae denegationem, prioritate instantis a quo, seu naturae, in genere causae materialis dispositivae: sicut corruptio generationem, vel apertio fenestrae, ingressum venti in aulam, ut alibi fuisse expendimus. Unde Augustinus: Diabolus suggerit, homo consentit, Deus deserit.

Obiicies tertio: In Deo est voluntas antecedens salvandi omnes homines: Vult enim omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ut dicitur 1. ad Tim. 2. At hac voluntas superflua esset, & profusa irrisoria, si simul cum illa Deus vellet efficaciter aliquos a gloria excludere, non praevitis illorum demeritis: Immo hic duas volun- tates videntur inconciliabiles: sunt enim de eodem obje- cto, nulla circumstantia immutata: Ergo &c.

Constatim primo: Magis opponitur voluntati ineffi- caci salvandi omnes homines, voluntas efficax negandi alicui salutem, quam simplex voluntas ac complacentia de negatione illius: At cum voluntas illa simplicis complacentiae inefficaci de omnium salute, non fiat simplex complacentiae opposita de negatione salutis, ante homi- num

num praevia demerita: Ergo minus poterit cum illa com- poni voluntas efficax aliquos a gloria excludendi, nec peccata illorum praevia.

57 Confirmatur amplius: Voluntas illa salvandi omnes ho- mines est conditionata, dandi scilicet omnibus gloriam, si ipsi velint: At voluntas hoc modo conditionata, seu a consensu & determinatione liberi arbitrii ut a condi- tione dependens, stare non potest cum voluntate absolu- ta & efficaci denegandi gloriam ante praevia demerita: Ergo idem quod prius.

58 Hoc argumentum cui potissimum confidant Adver- sarii, manifestam patitur infantiam in denegatione gratiae congruae, vel efficacis, ut supra annotavimus. Deus enim homini dans auxilium sufficiens ad aliquem actum, simpliciter complacentia & voluntate antecedenti illi desi- derat gratiam congruam, vel de se efficacem; & tamen ante ullam culpam praeviam, vult efficaciter illam de- negare, cum prima gratia negatio, seu prima peccati permisso, poena praecedentis peccati non sit, fed ex sim- plici Dei voluntate procedat. Sicut ergo voluntas illa antecedens de gratia efficaci vel congrua omnibus con- cedenda, in sententia Adversariorum, est vera & sin- cere, nec opponitur cum alia voluntate absurda, gra- tiam congruam & efficacem pluribus denegandi ante praevia peccata. Ita & voluntas antecedens qua Deus omni- bus salutem desiderat, et veritatem & sinceram, & compo- nibilis cum voluntate efficaci excludendi reprobos a re- gno caelorum, ante praevia illorum demerita. Unde ad argumentum, nego Minorem. Sicut enim volens projec- re merces in mare, tempestate suborta, ad vitam salvan- dam, non simulatorie, fed vere illas vult servare, vo- luntate tamen inefficaci, & simplicis complacentiae. Ita Deus occasione defectibilitatis naturae, & ut magis ostendat attributa sua, volens efficaciter aliquos excludere a gloria, non simulatorie, fed vere, omnibus salutem ex- optat: desiderio tamen inefficaci, & simplicis complacen- tiae, cadente super illorum salutem, secundum se conside- ratam, & ut praesiam a circumstantiis. Unde saltem est quod additur, illis scilicet voluntates esse de eodem ob- jecto, nulla circumstantia variata. Prima enim est de si- lute hominis secundum se, altera vero attendit in homine defectibilitatem naturae, & in denegatione gloriae majorem condempnentem ad ostensionem gloriae Dei, seu attri- butorum ejus, aliaque circumstantias, sub quibus per voluntatem simplicem non attingitur. Unde

59 Ad primam confirmationem, nego Majorem, nam vo- luntas antecedens salvandi omnes homines, & simplex complacentia de negatione salutis, tendunt ad gloriam se- cundam eandem rationem, & sub illeem circumstantiis, ideoque opponitur: scens autem voluntas efficax na- gandi salutem alicuius, & voluntas antecedens de salute omnium, que attingunt gloriam & ejus negationem, sub diversitate jam explicata. Sicut in proiectioe mer- ces in mare, non potest cum voluntate antecedenti illas conservandi, voluntas antecedens illas projiciendi com- poni, bene tamen voluntas consequens: quia illa sunt de objecto eodem, sub eadem ratione, focus autem vo- luntatis consequens & antecedens.

60 Ad secundam nego etiam Majorem: cum enim homi- nes non possint velte salutem, nisi Deus velit eos vel- le, & nisi in eis operetur ipsum velte, ut docet Apolto- lus ad Philippens. 2. & Augustinus in Solili. cap. 24. ubi ait: Velle quod bonum est non possum, nisi tu velis, impli- cat quod in Deo sit decretum aut volitio salvandi ho- mines, dependens tamquam a conditione, a consensu & volitione hominum, illamque ab humana voluntate expec- tans: ut Tractatu praecedenti disp. 4. fuisse ostendimus. Et manifeste patet in parvulis sine baptismo deesenti- bus, quia enim illi non habent usum rationis & liberi arbitrii, voluntas antecedens salvandi omnes homines, qua non solum ad adultos, fed etiam ad parvulos se ex- tendit, non potest dici conditionata, si ipsi velint, & ab ipsorum consensu & volitione, tamquam a condi- tione pendere. Quo argumento utitur Augustinus in Enchi- rid. cap. 27. ubi sic ait: Multi salvi non sunt, non quia ipsi nolunt, sed quia Deus non vult, quod absque illa con- troversia manifestatur in parvulis. Et lib. 4. contra Iulianum cap. 8. sic contra illum arguit: Sed ponit Apolto- licum testimonium, & ab eo dicit parvulis aperiri, qui om- nes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis ven- ire, quia ipsi nolunt petere, cum Deus velit dare; nolunt quere, cum Deus velit ostendere; nolunt pulsare, cum Deus velit aperire. Sed bene sensum vestrum infantes illi ipsa sua incertitudine convincunt, qui nec petunt, nec qua- runt, nec pulsant, immo etiam cum baptizantur, reclamant, respondent, & inquam, ut in regnum Dei, ubi fit eis ter- minatio salutis, & agnitionem veritatis, longe pluribus infantibus in istam gratiam non adeptis ab eo qui vult omnes homi- nes salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Quibus dicere non posse, velle & noluisse, quia si voluissent, quis eorum qui mundum habent voluntatis: sus arbitrium, volun- tatem. Theol. Cont. Tom. II.

tari ejus omnipotentissima restitisset? Et infra: Si Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis veni- re, sed ideo non veniunt, quia ipsi nolunt: cur tot millia parvulorum, qui non percepto baptismo moriuntur, non veniunt in regnum Dei, ubi certa est agnitionem veritatis? Num- quid aut homines non sunt, ut non perveniant ad id quod di- ctum est ad omnes homines? Aut aliquis poterit dicere, Deum quidem vult, sed ipsi nolunt, qui nondum velle seu nolle ista noverunt, quando nec ii qui parvuli baptizantur, atque mori- untur, & per illam gratiam ad agnitionem veritatis qua in regno Dei est, certissima veniunt, ideo veniunt, quia ipsi renovari Christi baptismo voluerunt? Cum ergo nec illi pro- pterea non baptizantur, quia noluerunt; nec ipsi propterea ba- ptizantur, quia volunt, cur Deus qui vult omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, tam multos in regnum suum, ubi est certa veritatis agnitione, qui nulli ei restitunt voluntatis arbitrio, patitur non venire?

Voluntas erga Dei antecedens qua vult omnes homines salvari, non solum potest dici conditionata virtualiter, quia virtualiter involvit has conditiones: vellem omni- bus gloriam, nisi natura defectibilitatis obfretet, faverit gubernanda; & nisi ad majus bonum univerfi, & meorum attributorum majori manifestationi, eandem denegare ali- quibus, esset conveniens. Ita colligitur ex S. Thoma in 1. distinct. 46. qu. 1. art. 1. ad 2. ubi ait: Voluntas an- tecedens potest dici conditionata, nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis divinae, sed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circumstantiis que exigunt ad rectum ordinem in salutem. Quibus verbis aperte docet, volun- tatem antecedentem non dici conditionatam, eo quod de- pendat tamquam a conditione, a consensu seu determi- natione liberi arbitrii, ut docent Adversarii, fed ex eo quod attingat suum objectum, scilicet salutem hominum, ut praesiam a circumstantiis particularibus, defectibili- tatis scilicet naturae humanae, manifestationis suorum attri- butorum, &c. Et quia illam vellet, nisi tale consi- derationes obfretent.

Dices, Ex hac doctrina & solutione sequi, Deum non 61 solum non voluisse omnibus hominibus gloriam efficaciter, sed nec illam omnibus velle potuisse: Sed hoc est absurdum: Ergo &c. Sequela probatur: Bonum particu- lare, cum detrimento boni universalis, non est appetibile a Deo, cum ut sic induat rationem mali: Sed juxta doctrinam traditam, si omnes homines salvarentur, impe- diretur bonum universale, major scilicet perfectio univer- fi, & major divinorum attributorum manifestatio: Ergo si hac doctrina fit vera, sequitur quod non solum non voluit Deus omnibus hominibus efficaciter gloriam, sed quod nec etiam eam velle potuit.

Sic arguit quidam Modernus adversus nostrum Alva- rez, inefficaciter tamen. Nemo enim negare potest, plura in universo accidere in detrimentum particularium, propter bonum commune univerfi, & ostensionem at- tributorum Dei, que de potentia absoluta potuerunt non evenire, id Deo efficaciter volente & disponente: ut rerum corruptibilium corruptiones, monstra, & alia que sunt particularia mala, ad pulcritudinem univerfi con- ducentia: Ergo ex eo quod in electione efficaci aliquo- rum ad gloriam, & aliorum exclusionem, magis bonum univerfi respiciatur, & elucefcat magis divina attributa, quam si omnes salvarentur, non licet colligere, non potuisse Deum, de potentia absoluta, omnes sal- vare, sed solum inferitur, id fuisse convenientius suavi- tati divinae providentiae, & sapienti modo operandi: Deus autem non tenetur id quod melius est efficere, & majori bono univerfi consulere, licet nunquam possit male operari; quia bonum particulare, cum detrimen- to boni universalis, non est malum morale, nisi solum respectu illius, qui aliqua lege tenetur ad consulendum bono univerfi.

Obiicies quarto: In praedestinandis & reprobandis homi- nibus & Angelis, debemus Deo concedere connaturalio- rem modum operandi, nisi oppositum nobis ex revelatio- ne confiterit: Sed modus connaturalior operandi in re- probandis hominibus & Angelis, est ut Deus neminem vel- let efficaciter a gloria excludere ante provisionem demeri- torum, & aliunde oppositum in Scriptura revelatum non est: Ergo in Deo debemus admittere reprobationem sus- pendentem praescientiam demeritorum, & ab illa tamquam a causa motiva dependentem.

Respondeo concessa Majori, negando Minorem. Nam, ut supra arguebamus, sicuti in preparando media consecuti- va finis, connaturalis proceditur, incipiendo ab inten- tione finis, quam ab electione mediorum; ita in preparando media defectiva a fine, connaturalior modus operandi, est incipere a voluntate defectus a fine, quam a voluntate mediorum conducentium ad deficientium a fine.

Obiicies quinto cum Herice, loco supra citato, Deus 62 nullum aditum decrevit a felicitate aeterna rejicere, nisi simul etiam statuerit illum aeternis cruciatibus mancipare: Ergo si voluit illum a gloria excludere ante praevia demerita, etiam decrevit ante illorum praevisionem, eum

damnare, & suppliciiis aeternis addicere. Unde praefatus Auctor contendit duas conclusiones supra a nobis positas, quas etiam statuit Alvarez disp. 60. de auxiliis, esse inter se pugnantis, & contradictionem involvere.

66 Sed facile respondetur, distinguendo Antecedens, Quin simul etiam statuerit &c. Si ly simul designet similitudinem durationis, vel instantis in quo, concedo Antecedens: Si ly simul excludat prioritatem nature & instantis a quo, nego Antecedens, & Consequentiam. Itaque in negotio reprobationis, ut infra latius exponemus, duo signa seu instantia rationis vel nature distinguenda sunt, in quorum primo Deus ante praevisionem culpae saltem actualis (de originali enim dicemus articulo sequenti) vult aliquibus denegare gloriam, ut beneficium indebitum, & permittere quod incidat in culpam, & in ea finaliter perseverent, tum ob fines occultos sive providentiae: tum etiam ad ostendendum supremum & absolutum dominium quod habet in dona supernaturalia gloriae & gloriae. Quia permissione supposita in illa tamquam in medio certo & infallibili videt futura peccata reprobatorum, & decernit ea punire poena aeterna damni & sensus: in quo nulla repugnantia vel contradictionis umbra apparet, ut imaginatur Heric.

67 Dices: Saltem crudelitatem sapit aliquem excludere a regno caelesti, sine aliqua culpa praesupposita; cum talis exclusio sit maximum malum quod homini inferri potest: Ergo homo non debet Deo attribui: dicitur enim Sapientia I. Sententia de Domino in bonitate.

Respondeo primo, hoc argumentum & similia facile solvi, juxta dicenda articulo sequenti, ubi ostendemus reprobationem negativam, seu voluntatem excludendi reprobos a gloria, supponere culpam originalem praevisionem, & ab illa ut a causa motiva dependere. Sed abstractendo pro nunc ab hac sententia.

Respondeo secundo, negando absolute Antecedens: non enim dedecet divinam bonitatem, nec praesertim aliquam crudelitatis notam, alicui non velle conferre beneficium indebitum, ut patet in Rege, denegante alicui Episcopatum, vel aliam dignitatem ei non debitam. Quod ut fiat evidenter, hoc argumentum, cui possimum confidant Adversarii, in illos retorquero. Illi enim existimant denegationem prima gratiae congruae, seu primam peccati permissionem esse omnino gratuitam, & in solam divinae voluntatis beneplacitum referendam, cum illa nullam culpam praecedentem supponat: & tamen talis carentia gratiae congruae, talisque permissio peccandi est maximum malum, & majus quavis poena, praesertim si peccatum nunquam fit remittendum, ut contingit in malis Angelis. Si ergo nihil est ibi crudelitatis, nihil iniustitiae, nihil contra divinam bonitatem, & viscera divinae misericordiae: similiter etiam in illa prima exclusione, seu non electione ad gloriam, ut beneficium indebitum, nulla est iniustitia, aut crudelitatis nota: parificatur enim permissio peccati nunquam remittendi, & exclusio a gloria, & ex prima, secunda infallibiliter sequitur. Ergo in omni sententia, quaerela illa diluenda est, nec cessare potest nisi considerando quod ad Deum ut supremum Dominum, & universalem Providentem, pertinet de omnibus disponere, & unicuique dare locum suum, nec indifferenter omnes ad gratiam & gloriam efficaciter eligere, sed permittere quod alicui ab illa desistant, ut sua iustitia detur locus, & magis splendescat magnitudo suae misericordiae circa electos, & pulchritudo universi magis reluceat, ut egregie explicat D. Thom. hic art. 5. ad 3.

68 Opponunt ultimo Adversarii quaedam inconvenientia, quae dicunt sequi ex nostra sententia. Ex illa enim, inquit, sequitur primo, Deum aequali cura hominum perditionem inquirere, ac desiderat & quaerit illorum salutem: Consequens est absurdum, ut patet: Ergo &c. Probatur sequela: Sicut enim Deus ex intentione gloriae media procurat electis, nempe vocatione & gratias efficaciter ut disp. 3. ostendimus, ita ex intentione exclusionis a gloria media reprobis procurat, scilicet peccatorum permissionem. Ergo aequali cura perditionem istorum, ac salutem illorum desiderat.

69 Sequitur secundo, tolli a reprobis & electis sollicitudinem ad bene operandum, unamquique enim poterit apud se ita discurrere & ratiocinari. Si antecesserit ad praevisionem operum, sum ad gloriam electus, vel ab ea exclusus; cum tale decretum sit efficax, & non possit frustrari, quidquid postea faciam, infallibiliter gloriam consequar, si sum electus vel ab ea decidam, si electus non sum. Unde tertio addit Lessius de praedest. sect. 2. num. 21. hac sententia homines in quamdam veluti desperationem suae salutis adduci.

70 Ad primum nego sequelam Majoris, ad cujus probationem dicatur esse manifestum discrimen inter praedestinationem & reprobationem, consistens in eo quod merita & omnia quibus praedestinatus consequitur gloriam, sunt positive causata a Deo, & speciali affectu illi volita: demerita autem quibus reprobatus tendit in perditionem, a Deo positive procurata, volita aut causata non sunt;

sed tantum permilla; & ideo non eodem modo Deus se habet in ordine ad praedestinationem, ac in ordine ad perditionem & reprobationem.

Ad secundum inconveniens quod Semipelagiani adversus doctrinam Augustini opponebant, ut constat ex Epistolis Prosperi & Hilarii, similiter negandum est illud sequi ex nostra sententia. Nam licet voluntas intentiva gloriae, aut exclusionis ab illa, sit pure gratuita, nec merita aut demerita ut motiva supponat: decretum tamen executivum illa supponit, & ab illis ut a causa motiva dependet, ut supra disp. 2. art. 1. §. 9. corollar. 4. declaravimus.

Ad tertium quod opponit Lessius, & quod etiam Semipelagiani Augustino objiciebant, respondet ipsemet S. Doctor de praedest. Sanct. c. 11. his verbis: *Sane cum Apostolus dicat, ideo ex fide, ut secundum gratiam forma sit promissio: miror homines infirmitati suae se male committere, quam firmitati promissionis Dei. Sed incerta est mihi inquis de me ipso voluntas Dei? Quid ergo? Tuane voluntas de te ipso certa est, nec times? Cum igitur utraque incerta sit, cur non homo firmiter quam infirmiter fidem suam, spem caritatemque committit? & de bono perseveret. c. 6. Tutores igitur videmus, si totum Deo damus, non autem nos illi ex parte & nobis ex parte committimus, Et rursus c. 22. An timendum est ne tuus de se homo desperet, quando spes ejus penenda demonstratur in Deo: non autem desperet, si eam in ipso superbius & infelicissimus ponere? Firmitas ergo & certitudo spei nostrae, in Deo ipso, & in virtute gratiae, & non in nobis, ac in viribus liberi arbitrii fundari debet: juxta illud Jerem. 17. Malecitis homo qui consistit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recessit cor ejus. Unde Apostolus ad Hebraeos 6. merito comparat spem anchorae navis, dicens: *Quam velut anchoram habemus animarum ac firmam.* Sicut enim anchora, dum per aquam descendit, non firmat navim, quoniam aqua elementum est liquidum & instabile; at dum terra adhaeret, firmiter navim retinet. Sic spes nostra, dum humane industriae & viribus liberi arbitrii adhaeret, non potest non semper nutare & fluctuare, sed cum Dei omnipotentiae, & infinitae divinae voluntatis efficacia nititur, firmissima & tutissima permanet, nec hujus mundi turbines ac procellas timet, Unde Ecclesia in quadam collecta sic Deum orat: *Familiam tuam quosdam Domine continuis pietate custodi, ut qui in sola spe gratiae caelestis innititur, tua semper brachione gubernentur.**

Viginti quinque alia inconvenientia opponit Catharinus contra eandem gratuite praedestinationis & reprobationis doctrinam. Sed ista viginti quinque objectiones (inquit Pererius) non tantum novae, nec recens inventae, Catharino, vel aliis hujus temporis. Sed ista ipsa olim vivente etiam Augustino, & a Massilienibus, alijque Galliae Episcopis, adversus ipsum objecta sunt. Et tamen non moverunt Augustinum, quominus sententiam suam, constanter tueretur, & perseveranter teneret usque ad mortem; neque scandalum, si quae ibi ortiebantur & nonnulli accidebant curanda esse putavit, judicans esse passiva, ut quae infirmitas veritatis, & imperitia Scripturarum nascerentur. B. quoque Thomas, non minori pietate ac religione, quam ingenio & doctrina praeditus, illiusmodi objectionibus, atque offensionibus, & scandalis, nihil perturbatus aut motus est, nec ab Augustini sententia abduci potuit. Quin etiam ipsemet Apostolus, qui tam religiose curabat & cavebat, ne cui scandalum daret, ut affirmaret se nunquam carnes manducaturum, si ob id quippiam fidelium scandalizandus esset: hanc tamen doctrinam praedestinationis & reprobationis hominum licet videret offensionem & scandalum fore multis veritatis & Scripturae ignaris: eam tamen & aperte, & affirmate, & enucleate tradere voluit, nec dubitavit, illas sententias scriptas in hac Epist. relinquere: *Miseror cui miseror. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Cujus vult miseretur, & quem vult indurat. An non habet potestatem signus luti ex eadem massa facere aliquid quidem vas in honorem, aliquid in contrarium.*

Concludens ergo hunc articulum cum Magistro sententiarum, lib. 1. dist. 41. c. 4. *Electi ergo eos qui volunt, gratuita misericordia, non quia fideles fuerint, sed ut fideles essent, eisque gratiam dedit, non quia fideles erant sed ut fierent. Ita etiam reprobavit quos voluit, non propter futura merita quae praevideret, veritate tamen verissima, & a nobis sensibus remota.*

ARTICULUS III.

An peccatum originale sit causa reprobationis?

71 Stendimus articulo precedenti, demerita personalia, seu peccata actualia, non fuisse motivum reprobationis negativae, seu voluntatis divinae efficacis excludendi reprobos a gloria, nunc breviter discutiendum est, an saltem originalis culpa fuerit causa motiva illius?

Partem negativam tenent plures ex nostris: affirmativa tamen

§. II.

Quid de D. Thomae?

Dico secundo, etiam D. Thomam apertissime favere huic sententiae.

80 Probatur multipliciter. In primis enim est expressa auctoritas D. Thom. q. 6. de verit. art. 9. ad 9. ubi ait: *Electio Dei qua unum eligit, & alium reprobat, rationalis est; nec tamen oportet quod ratio electionis sit meritum, sed in ipsa electione ratio est divina bonitas: ratio autem reprobationis est in hominibus peccatum originale, ut Augustinus dicit.* Quo nihil clarius & expressius dici potest. Nec obest quod statim subjungat: *Vel hoc ipsum quod est non habere debitum ad hoc quod eis gratia conferatur.* Nam illi duo tituli nempe indebitae gratiae, & justitiae debite, nullatenus inter se pugnant: Sicut enim quod aliquid non debeat alteri, non tollit quominus possit ipsum demereri, ita quod aliquid denegeretur per modum beneficium indebiti non impedit quod simul denegari possit alio titulo, nempe poena debite, & propter culpam personalem, vel originalem: ut constat in Rege, qui Episcopatum vel aliam dignitatem alicui denegare potest, tum quia est beneficium illi indebitum, tum etiam quia illa indignus est, ob culpam propriam; vel parentum a quibus traxit originem.

81 Secundo idem S. Doctor eandem sententiam clarissime docet in cap. 9. Epist. ad Roman. lect. 3. his verbis: *Cum omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascentur obnoxii, quos Deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat, & sic quibusdam est misericors qui liberat, quibusdam autem justus quos non liberat, nec tamen iniquus, loquitur autem ibi de liberatione a miseria aeterna, seu de praedestinatione ad vitam aeternam, ut patet ex verbis antecedentibus: Sic igitur (inquit) non potest esse quod merita consequantur gratiam, sed non imperitendo misericordiam. Quisquam autem meritis misericordiae, nec invenimus.*

82 Tertio, Idem Sanctus ibid. lect. 4. exponens cur homo Into comparatur, ait: *Humana natura villitatem habet ex sua materia, ut dicitur Gen. 2. fecit Deus hominem de limo: sed majorem villitatem habet ex corruptione peccati, quae per unum hominem in hunc mundum intravit, & ideo homo tanto magis comparatur... Similiter & Deus liberam habet potestatem ex parte corruptae massae generis humani sicut ex quodam luto nulli sciendo injuriam, quosdam homines facere praeparatos in gloriam, quosdam autem in miseria (peccati scilicet originis) arefieri. Ergo ex D. Thom. prima causa ob quam Deus quosdam in miseria derelinquit, seu reprobat, & ad gloriam aeternam non praeparat, est peccatum originale.*

83 Denique, Ne quis dicat D. Thom. hanc mutasse sententiam, & oppositum docuisse in summa Theologica, quae est veluti ultimum ejus testamentum, ex illa etiam in confirmationem ejusdem sententiae, tria testimonio deponam. Primum sumitur ex hac q. 23. art. 1. ad 3. ubi docet quod praedestinatio hominum in vitam aeternam, est a statu miseriae, non vero Angelorum. Hinc enim evidenter sequitur, reprobationem hominum esse eorum derelictionem in miseria, in quam per peccatum originale inciderunt, proindeque causam reprobationis hominum esse peccatum originale.

84 Secundum habetur in eadem q. art. 5. his verbis: *Voluit igitur Deus hominibus quantum ad aliquos quos praedestinavit, representare suam bonitatem per modum misericordiae, parcendo, & quantum ad alios quos reprobat, per modum justitiae, puniendo. Et hoc est ratio quare Deus quosdam electos, & quosdam reprobat. Et hanc causam assignat Apostolus ad Roman. 9. dicens: Volens Deus offendere iram, id est vindictam justitiae, & non tam facere potentiam suam, sustinuit, id est permisit in multa patientia vasa irae fieri in iram, &c. Ex qua S. Thomae doctrina, Apostoli auctoritate confirmata, evidenter patet, quod Deus homines non reprobat, nisi ex justitia, itaqueque sui vindictam justitiae offendere volens, ac proinde supponendo aliquam culpam ex parte hominis: Sed non culpam actuale, ut ex eodem S. Doctoris articulo praecedenti ostendimus: Ergo saltem culpam originalem.*

85 Confirmatur: D. Thom. ibidem ait, *Quod Deus voluit quantum ad aliquos quos praedestinavit, suam representare bonitatem, per modum misericordiae, parcendo. Parcere autem significat alicuius debiti condonationem: ex quo sequitur quod aliquos reprobat, non parcendo, hoc est eis aliquod debitum per peccatum originale contractum non condonando.*

86 Dices forte, D. Thomam nomine reprobationis intelligere non voluntatem intentivam exclusionis a gloria, sed executivam, quae ad illam terminatur ut poenam, & ex motivo puniendi.

tamen videtur probabilior, & doctrinae D. Augustini & S. Thom. conformior, tamque docent plures docti Thomista, inter quos est P. Thomas de Lemos, vir eximia eruditionis & sapientiae, & in Augustini doctrina insigniter versatus, qui olim contra Gregorium de Valentia, & Ferdinandum de Valida, in Congregatione de auxiliis, feliciter disputavit, & ingenii sui monumenta Sole ipso clariora reliquit, nimirum Tractatum de auxiliis, in tres tomos divisum, in quo hanc sententiam discrete tradit, & variis utriusque S. Doctoris, Augustini & Thomae, testimoniis illustrat. Hanc etiam se 1. p. q. 23. docuisse ait Cyppillus in Tract. de Incarn. qu. 1. artic. 3. dub. 1. §. 10. Illi quoque ut probabiliori adhaeret illustrat. Dom. Godoy, Episcopus Oxoniensis. Hanc demum novissime docuit Germanus Philalethes, seu Auctor libri cui titulus est: *Triumphus Thomistarum* opusculi 1. in Appendice ad §. 6. de causa praedestinationis & reprobationis. Horum inhaerens vestigiis, illam pariter ut probabilioerem sequar, praecipue propter illustrata & expressa D. Augustini & S. Thom. testimonia: his enim duobus voluminibus (ut de Augustino & Ambrosio ait Bernardus Episcopus. 77.) crede mihi, difficile avellor, cum his me aus errorem aut sapere fateor.

§. I.

Mens Augustini aperitur.

72 Dico primo, juxta Augustini doctrinam, prima causa reprobationis hominum fuit originale peccatum.

73 Probatur primo Augusti de dono perierit. cap. 8. ubi ait: *Qui liberatur a massa perditionis, gratiam accipit; qui vero non liberatur, debitum agnoscit: nimirum suae perditionis, & Epistol. 105. Quisquam meritis observationis, & invenimus. Merito namque peccati, universa massa damnata est, nec obdurat Deus imperitendo malitiam, sed non imperitendo misericordiam. Quisquam autem meritis misericordiae, nec invenimus.*

74 Secundo, Augustinus, & alii SS. Patres, nomine dilectionis & odii Dei, praedestinationem & reprobationem intelligunt: juxta illud Apost. Jacob. Allex. *Esau autem odio habuit.* Sed juxta eundem August. causa odii Dei erga Esau, & consequenter erga omnes reprobos, qui per illum designantur, fuit originale peccatum; Ergo ex Augustino originalis culpa fuit causa motiva reprobationis. Major patet, Minor probatur ex eodem August. lib. 2. ad Simplician. q. 2. ubi explicans locum illum Apostoli, *Jacob dilexit, Esau autem odio habuit;* ait: *Deum odio habere, non Esau hominem, sed Esau peccatorem.* Et addit: *Cur ergo Jacob dilexit, nunquid peccator non erat? Sed dilexit in eo non culpam quam debebat, sed gratiam quam debebat. Et Epist. 105. Quid oderat in Esau, aut equam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum?*

75 Tertio, Idem S. Doctor variis in locis asserit Deum derelinquere reprobos in massa perditionis, & non liberare eos (quod est eos reprobare, & a gloria excludere) propter peccatum originale. Celebris est locus in Enchir. c. 96. ubi loquens de Jacob & Esau, qui omnium electorum & reprobatorum fuere typus & figura, sic ait: *Ambo itaque gemini, natura filii irae nascebantur, nullis quidem operibus propriis: sed originaliter ex Adam vinculo damnationis obstricti: sed qui dicitis miseror cui miseror ero, & misericordiam praestabo cui miseror fui? Jacob dilexit per misericordiam gratiam, Esau autem odio habuit per iudicium debitum.* Et lib. 2. ad Bonifacium cap. 7. hac scribit: *Vocato datur gratulatum bonum, cuius boni est vocatio ipsa principium: non vocato redditur malum, quia omnes rei sunt, ex eo quod per unum hominem peccatum intravit in mundum. Et paulo post: Ubi autem dicitur: Ergo cui vult miseror, & quem vult obdurat, qui facit aliud vas in bonorem, aliud in contrarium: bonum quidem immerito & gratis datur, quia ex eadem massa est cui datur: malum vero merito & debito redditur, quia in massa perditionis, vel malo malo non male redditur.*

76 Quarto, Voluntas reprobandi, ex eodem Augustino lib. 4. contra Julian. cap. 8. & lib. 5. cap. 4. & lib. 6. cap. 10. est iudicium Dei, & actus justitiae vindicativae: Sed in instanti qui fit reprobatio, Deus nihil potest iudicare & vindicare, nisi solum peccatum originale: fit enim reprobatio eodem modo, & in eodem instanti pro omnibus: in nullo autem convenient omnes, nisi in solo originali peccato: Ergo reprobatio hominum, secundum Augustinum, fit ratione culpae originalis.

77 Denique, Secundum eundem August. lib. 4. contra Julian. cap. 8. lib. 2. ad Bonifacium cap. 6. & libro de dono perseverantiae, cap. 9. 11. & 12. eodem modo fit reprobatio adultorum, ac parvulorum: Sed reprobatio parvulorum fit propter solum originale peccatum, ut constat: Ergo & adultorum, loquendo saltem de reprobatione, prout dicit voluntatem efficacem excludendi a gloria,